



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Quales cuperet Socios Collegio Pragensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

tians, qui cum omni mansuetudine, atq; huma-
nitate instituendæ iuuentuti operam darent, ea-
demque clementia, & pietate commoditatibus
omnium inseruiren; sed etiam dum colonos ab
Ignatio postulat, Velle, inquit, vt omnes, qui
venturi sunt ad hoc Collegium fundandum, ac-
cederent optimè armati sancta patientia, & ma-
ximo ardentes zelo non ad disputandum, sed ad Quales cupe-
ret Socios
Collegio Pra-
genſi.
tolerandum; & ædificandam hanc Prouinciam
magis factis, quam dictis, vt, cum seminauerint
in lacrymis in exultatione metant, & reportent
manipulos suos.

Æstate exacta Pragæ, adultoq; iam autumno In Bauariam
excurrit.
migrandum in Bauarium fuit. Ab Socero Ferdi-
nando, qui ad Comitia Augustam concesserat,
Dux Albertus, quod per literas non expugnarat,
coram præsens elicuerat, vt Canisij tantisper co-
piam faceret, dum de Collegio Ingolstadij statu-
endo transigeretur. Pragensis nobilitas, credi vix
potest, quanto cum dolore hominem ab se se di-
miserit. Dederunt ad Ducem Albertum literas,
quibus enixe rogabant, vt eum primo quoque
tempore sibi restitueret. Ut Monachium venit,
tres Albertus Consiliariorum è primis cum eo In-

O . . . gol-